



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Adiutores libertatis. n. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1602. quam enim ille *Gerardo* deferebat, maluit *Gerardus* amicum hospitem quam le fecurum praestare; & is non difficulter evasit. *Gerardus*, praecedentis onore laxato fune, sub murum delatus, & diuturno ad ascensum conatu fessus, comitum industria & labore vix recipitur; receptus, & potionē cardiaca, quam tolerant, recreatus, transmisso flumine, paratis vltis equis ad *Garnettum* adiuuat. Ante digressum termas scriperat literas; vnas ad Senatum Regium, alteras ad Praefectum Arcis, ad suum Custodem tertias: Primis ad Senatum, explicatis causis cur sibi ea ratione consulendum existimat, affirmat id actum esse Praefecto Arcis & custode inscijs, ne qua illis culpa collusionis ad pergeretur. Alteris ad Praefectum, gratijs humiliter actis, excusat etiam Custodem: Custodi vero in tertis promittit, suum si lequatur consilium, quoad vixerit honestam sustentationem. Vixdum illuxerat, ex fune ad latus turris appenso, (cuius alteram in litore extremitatem præciderant abeuntes) compertum est quidpiam quempiam esse machinatum: Curritur ad Custodias: *Gerardus* & alter non comparent: Quæritur Custos: Is lectis ad se scriptis literis, dum elabendi sectatur viam, incidit in virum à *Gerardo* cum equis paratum, quibus si vellet vti saluus esse posset: Qui oblatos antea quadringentos aureos cum anno quadraginta aureorum stipendio fuerat aspernatus, propositam nunc amplectitur conditionem, non minus animæ quam corpori salutarem. Nam illum deinde cum coniuge octoginta aureorum annuâ pecuniâ alienum procurauit, & in Ecclesiæ gremium acceptos ad meliorem quam sperauerant vitæ rationem instituit sicutque. In Senatu Regio alij mirabantur euentum, alij laudabant industriam; frustra quærendum censemant omnes quem tam facile quarentes elusurum arbitrabantur quam felicissimis custodientes. Ita multis in annos plures fuit utilis fuga, molesta in præsens perpaucis.

Ioannes
Lilius.

Se pro Gc.
gerardo capi-
finit.

XXI. Adiutores ad fugam fuere *Ioannes Lilius*, *Richardus Fullwood*, & ex commentariis suis unus in Wintoniensi Atrio. *Lilius*, antequam in illud Atrium Religionis causa custodiendum traderetur Pharmacopæam exercebat. Obrigit illi in carcere cubile supra cubile *Gerardi*; hinc facile *Gerardo* fuit hominis nosse pietatem & experiri industriam, quæ vtrâque eo loci in multis vltis est; tum amotus ad arcem cum redimendum curasset porro vti perseuerauit. Ille amicos, ille occultas intulit literas, ille gratiam apud Custodem conciliavit ampliorem, ille capitis membrorumque periculo alteram fugiendi viam *Gerardo* aperuit cum ei indiuiduus adhæreret. In recenter conductis ædibus sat amplis tres vel quatuor quartum iam diem exercebantur apud *Gerardum* scrisse commentationibus ad rectam famulandi Deo viam inuestigandam. Vnius loquacitate vel infidelitate famuli delata fuerat ad Senatum Regium eius rei suspicio; repente ad ianuam Irenarchæ duo cum satellito: Quid *Lilius*? Stricto vltus ene si opus esset ingressus cubiculum propellit *Gerardum* & ex nostris alium in latebras renitentem nisi *Lilius* iungeret socium. "Nequaquam, inquit, nam si ego lateam, quis libros istos? quis scripta dicet sua? Arguent ista domi latere quempiam; noctes dieisque scrutabuntur; perfringent tandem & manus